

LIBELLUS SUPPLEX

Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Dño,
Domino AUGUSTO II.

D. P. Polonia Regi: Duci M. Lithv.

ut et
Congregatis in Comitibus Regni, a. 1716
REIPUBLICÆ ORDINIBUS
humillimè et reverenter
exhibitus

in
DISSIDENTIBUS IN RELIGIONE CHRISTIANA
in Regno Polonia et M. D. Lithv.

Serenissime et Potentissime DEX,
Domine Domine Clementissimè!

Vosque reliqui
In Comitibus Regni congregati Reip. Ordines!

Iuxta tandem desiderata illa, illa tot votis expetito
Dies, quæ Respublicæ gravissimis jactata tempestatibus, por-
tum jam quietis tenere videtur; quæque Evæ, plurima per-
pessi mala, eorundem finem sperant, ac prospiciunt.

Nobis infra scriptis ex illis malis gemina veluti por-
tio obtigit: nam præter publicas comunesq; calamitates, pro-
prias etiam, nempe Ecclesiasticas, sensimq; quæ quidem tan-
to graviores Nobis acciderunt, quod non ab hoste, sed à Con-
civibus, à Legum defensoribus, à Justitiæ Præsidibus, Nobis sunt
illatæ.

Soliti sunt Majores nostri, simili forte pressi, in Illi-
strissimo hoc Comitiali Patria Conventu, cœu in gremio mater-
no, Quærelas suas deponere, malorumq; remedia petere,
et obtinere: Nos quoq; cum priorum præsentiumq; adver-
sitatum sensus, tum novarum imminentium metus, spati
jure parique fiducia in Augustum Vrum Conspectum prodi-
re compellunt, Serma Reipublicæ Panegyris!

Si